



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 78. Venetæ Reipublicæ Oratores Tridentum delati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

monio reservandum censebant ad tem-  
pus, quo aliunde de Matrimonii Sacra-  
mento ageretur: porro hac de re interea  
negotium dabatur secundi Ordinis The-  
logis, seu illis, quibus in generalibus  
Conventibus nullum suffragii jus com-  
petebat: interim potissimum articulus  
de residentia sollicitudinem Patrum di-  
sidentiam habebat, quæ tamen contro-  
versia ad sequentem remittebatur Con-  
gregationem.

§. LXXVIII.

*Venetæ Reipublicæ Oratores Tridentum delati.*

Pridie ad hanc Congregationem die  
decima nona Aprilis duo Venetæ  
Reipublicæ Oratores Nicolaus de Ponte  
& Matthæus Dandolus Tridentum ve-  
nerant, quibus nonaginta quatuor Præ-  
lati obviam ibant: porro illi equo vecti  
urbem ingrediebantur eo ordine, ut  
primi Oratoris latera stiparent Patriarcha  
Jerosolymitanus, atque Episcopus Sal-  
manticensis, alterum vero utrinque  
comitarentur duo Patriarchæ Aquilejen-  
sis, & Venetus. Denique ad Concilium  
in generali conventu die vigesima quinta  
Aprilis habito admittebantur, quæ dies  
Divo Marco hujus Reipublicæ Patrono  
sacra studiose feligebatur, ut eorum  
receptio augustior fieret: insuper id  
 fiebat

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

*Pall. c. 5.  
um. 7.  
Labb. Col-  
lect. Conc.  
tom. 14.  
p. 1157.  
es /eq.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562. fiebat ex eo, quia in demandatæ facultatis literis, quas afferebant, Secretarius inferuerat, quod Synodus universalis repræsentet Ecclesiam, ac Synodus præsens prioris continuatio esset, quorum tamen utrumque corrigi oportebat: primum enim omnino rejiciebatur, alterum vero nondum erat deciduum: præterea Reipublicæ diplomata duntaxat exprimebant, quod Oratoribus fides haberetur, non autem ipsis injungebatur, ut Synodo faverent, ejusque Sanctiones exciperent: eapropter Dominici Polani Brixienfis Episcopi, ac Nobilis Veneti, cui Oratores plurimum confidebant, opera effectum, ut Tabellarium ad Senatum ablegarent, petentes, ut eis mandata, ac literæ ea, qua par esset, forma expedirentur, quibus receptis hi Oratores die vigesima quinta ejusdem Mensis ad Synodum admissi fuere.

## §. LXXIX.

*Grimanus Patriarcha Synodum accedere paratus, suam innocentiam vindicaturus.*

*Lit. Legat.  
ad Borr.*

*9. April. 83*

*21. Jun.*

*1562. apud*

*Pallav. l. 16.*

*e. 5. n. 8.*

Sub idem tempus Tridenti fama percrebuit, quod Grimanus Patriarcha Aquilejensis suam innocentiam vindicaturus Synodum accedere decreverit. Hic Præsul a Senatu Veneto ad purpuram